



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 30. Papa Cardinales creat.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](#)

mus. Consideratis tamen malis grandi- Sæcul.XIII.  
bus, quæ diuturnior in eligendo Papa A.C. 1294.  
cunctatio toti Ecclesiæ acciret, ne divi-  
no nutui obsisteremus, subivimus onus,  
imponentis auxilio confidentes. Quæ Petr. Alliae.  
verba indicant falsitatem rumoris post ap. Boll.  
annos centum sparsi, hunc virum san-  
ctum abnuisse primo pontificatum, immo  
etiam aufugisse hujus evitandi gratia:  
nec enim id omisisset in his litteris.

§. XXX.

Papa Cardinales creat.

Sabbato trimestris ecclesiastici 18 Se-  
ptember creavit duodecim Cardina-  
les septem Gallos & quinque Italos. En-  
eorum nomina! Beraldus Degotus filius p. 427.  
Domini Villandraviæ in Vasconia sitæ, Gall. Chr.  
frater Bertrandi Degoti postea Papæ, to. I. p. 325.  
& Archiepiscopus Lugdunensis ab anno  
1290, modo Cardinalis Episcopus Alba-  
nensis. Secundus, Simon Bellolocensis p. 179.  
Archiepiscopus Bituricus ab anno 1282,  
nunc Cardinalis Episcopus Prænestinus.

Tertius Joannes Lemonius Cressiaci pro- Sup. Lib. 88.  
pe Abbatisvillam in diœcesi Ambianensi §. 33.  
natus, frater Andreæ Lemonii postea E- Auberi  
piscopi Noviodunensis. Joannes Parisiis Card. to. I.  
eruditus, ac receptus inter Doctores ju- p. 352.  
ris Röman transierat, ubi Auditor Rotæ, Gall. Chro.  
ac Siciliæ Regi singulariter cognitus fuit. to. 3. p. 821.

A a 3

Modo

Sæcul. XIII. Modo evasit Cardinalis Presbyter de SS.  
A.C. 1294. Marcellino ac Petro. Quartus, Guiliel-  
mus Ferrerius Praepositus Ecclesiae Mas-  
siliensis, Cardinalis Presbyter de S. Cle-  
mentem. Quintus, Nicolaus Nonancur-  
tius Parisiensis ex illustri & antiqua profa-  
pia natus, Cardinalis Presbyter de S.  
Laurentio in Damaso. Sextus, Robertus  
Abbas Cistertii, Cardinalis Presbyter de  
S. Pudentiana. Septimus, Simon mona-  
chus Cluniacensis, ac Rector (Priorem  
vocant) Charitatis (curbis ad Ligerim  
sitæ) Cardinalis Presbyter de S. Bal-  
bina. Atque hi erant Cardinales Galli.  
Inter quinque Italos fuere duo mo-  
nachi ex Ordine novo per ipsum Papam  
condito, Cardinales Presbyteri Thomas  
Teramensis de S. Cæcilia, & Petrus A-  
*Bolt. p. 493.* quilanus de S. Marcello. Hos Cœlesti-  
nus ovexit, ut eos apud se haberet, &  
cum eis exercitia vitae monasticæ con-  
tinuaret, quantum dignitas permitteret.  
Hoc fine in palatio suo parvulum con-  
clave ligneum curavit fieri, quo se per in-  
tervalla reciperet, collectiore animo re-  
rum coelestium meditationi ac precibus  
daturus operam. Tres reliqui erant  
Cardinales Diaconi: & de Sancto qui-  
dem Angelo Landulfus Brancacius e  
nobili familia Neapolitana; de S. Nico-  
lao in carcere Tulliano Guilielmus Lon-  
gillus Bergomensis, Regis Siciliæ Cancel-  
larius;

larius; de S. Cosma Benedictus Cajeta- <sup>Sæcul. XIII.</sup>  
nus Anagniensis, Cardinalis eadem no- <sup>A.C. 1294.</sup>  
mina gerentis ac postea Papæ nepos: hic  
solus fuit ex territorio Ecclesiæ.

Hæc creatio dispicebat plerisque ve-  
terum Cardinalium, quippe quibus Papa  
rem celans novorum nomina non dete-  
xerit nisi die Veneris præcedente colla-  
tionem sacrorum Ordinum. Præterea  
offendebantur, quod Collegas acciperent  
Gallos ignotos sibi, & ipsi Papæ vitam  
solitariam prosecuto, ita ut pateret ma-  
nifesto, eum illis purpuram dedisse autho-  
re Carolo Siculorum Rege. Huic etiam  
id obsequium præstabat, ut Neapolim, u-  
bi Princeps iste habitabat, sedem trans-  
ferret suam, attractus specie pacis in Si-  
cilia procurandæ, cum tamen tractis ca-  
loribus æstivis venturus Romanum merito  
crederetur. Bonus Papa videbatur non  
intelligere, sibi tanquam Romæ Episco-  
po ejus curam per se ipsum agendum  
esse.

*Rayn. 1294.  
n. 16. 17.*

§. XXXI.

*Papa Monasticam disciplinam in-  
staurat.*

Vigesima septima Septembri, qua non-  
dum Aquilam reliquerat, novæ mo-  
nachorum congregatiōni a se formatæ o-  
mne privilegiorum genus tribuit per di-  
ploma

A a 4

ploma